



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Hapanta  
Ta Hellēnisti Heuriskomena**

Origenes

**Coloniæ, 1685**

Quæstio duodecima, de mundo, paradiſo terrestri, & Adamo

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79842](#)

A

## QUESTIO DODECIMA.

## DE MUNDO, PARADISO TERRESTRI, ET ADAMO.

I. Duo de mundo quæri possunt: II. Primum, Utrum & quo sensu dixerit Origenes, mundum propter rationales naturas fuisse à Deo conditum. III. Ita ut existimat eum Parentes aliqui testificantur: IV. Alterum, Utrum plures vel fuisse, vel esse, vel fore mundos exsista veritatem, V. quemadmodum ipsi à Patribus quibusdam obiectum est: VI. quamquam eus causam nonnulla adjuvant. VII. Exploratur Origenis sententia de conditione Paradisi terrestris, VIII. & de scorteis tunicis, quibus post peccatum Adamus induitus est. IX. Quaritur, utrum dixerit Adamum per peccatum similitudinem Dei amississe: X. & utrum homines Præadamitas extitisse sibi finxerit.

I. CIRCA questionem de mundo duplex excutiendum venit Paradoxum Origeni adscriptum: primum, Utrum & quo sensu dixerit mundum propter animas rationales à Deo fuisse conditum: alterum, an unicum duntaxat mundum creasse antea, vel post hac creaturam esse a se veraverit. Quæ duo quærenda sibi proponit Origenes in tertio capite libri 2. & 3. quod inscribitur: De initio mundi & causis ejus

II. Primum quod attinet, nemo non videt ex antecedenti ipsius doctrina aptum id esse, naturarum illarum gratia, quæ sunt rationis particeps, mundum à Deo fuisse procreat. Cum enim animas quo cunque statu collocatae sint, arbitrii sui libertate ad peccandum vel recte agendum uti voluerit & pro peccatis hanc iis irrogatum iri pœnam, ut in graviora ac crassiora corpora amendantur, eam ob rem dicere debuit gravia illa corpora formari à Deo, quemadmodum ergastula ad retinendos reos construuntur. Copiosa adid probandum Origenis habet dissertatione libr. 2. & 3. Cum ergo, inquit, tantæ sit mundi varietas, atque in ipsis rationalibus animalibus sit tanta diversitas, propter quam etiam omnis reliqua varietas ac diversitas putanda est extitisse, quam causam aliam dico portebat, qua mundus extiterit: præcipue si inueniam illum finem per quem omnia restituenda in statum initii sui libro superiori dissimilem est? Quod autem si consequenter dictum videtur, quam aliam (ut dicimus) causam putabimus hanc hujus mundi diversitatem ac varietatem motuum, ac prolapsum eorum, qui ab illa initii unitate atque concordia, in qua à Deo primitus procreatus sunt, deciderunt? In eodem pronuntiatio sic concludit cap. 8. libri 2. de principiis. Pro motibus suis unaquaque mens bonum negligens, in contrarium boni, quod sine dubio malum est, trahebatur. Ex quo videtur semina quedam & causas varietatis ac diversitatis ille omnium conditor accepisse: ut pro diversitate mentium, id est, rationalium animalium, quam diuersitatem ex ea causa quam superius diximus, putanda sunt concepisse, varium ac diuersum mundum crearet. Capite vero sequenti rem altius repetens, Deum ait ab initio cum rationis compotes naturas creare vellet, nullam habuisse creandi illarum causam præter seipsum, sicutque bonitatem: in eo autem cum nulla sit diversitas, neque ex parte rerum creandarum ulla esset, æquales eas, & undequaque similes ipsum procreasse: has vero, utpote libero prædictis arbitrio, non eodem modo omnes hac usus esse facultate, alius in vitium ac nequitiam ruentibus, alius ad meliora assurgentibus: atque inde rationalium naturarum extitisse differentiam: Deum autem unamquamque pro meritis ornare volentem vel ulcisci diversitates mentium in unius mundi consonantiam traxisse, sic tanquam in unam domum, quæ valis aureis, argenteis, & fistilibus instruitur. Et has causas, inquit, (ut ego arbitror) mundus iste sua diversitatibus accepit, dum unumquodque pro varietate motuum suorum, vel animalium propriisque Deus dispensat. Quocirca Tomo 19. in Johann. pag. 284. & cap. 5. libri 3. & 4. obseruat creationem mundi apud Scriptores facros novo hoc & proprio nomine nuncupari; quia nimis de superioribus ad inferiora descendens est, non ab his animalibus que id motuum suorum varietate meruerant, verum & ab iis qua ad totius mundi ministerium ex illis superioribus & invisibilibus ad hac inferiora & visibilia deductas sunt, licet non voluntaria, vanaeque quippe creatura subjecta est non volens, sed propter eum qui subiecta inspe, qua vel Sol, vel Luna, vel Stelle, vel Angeli explorent obsequium mundo, & his animalibus que ob nimios defectus mentis crassioribus & solidioribus indigere corporibus, & propter eos quibus hoc erat necesse mundus iste etiam visibilis infinitus est. Et mox: Talem vero ac tantam putandum est factum esse mundum, qui vel omnes eas animas, que in hoc mundo statutæ sunt exerceri, caperet, vel omnes eas Virtutes que adesse eis, & dispensare eas, ac juvare parates sunt. Atque hec ipsa loca librorum & & reprobationis causâ profert Hieronymus Epist. 59. ad Avit. c. 2. & 3. Alia præter-

## ORIGENIANORUM

224  
ca duo è lib. 1. & 4. & q̄d à q̄x̄ resert Justinianus ad cæfem Epistolæ ad Menam, quæ huc inseruntur. A ille supervacuum non fuerit. Prior hic est: επειδὴ ποικιλωταὶ κόμεις τοῦ χάροντος. καὶ τοσοῦτα διάρρογα λογικὰ φεύγοντο, τί δέλλεται εἰς αἴτιον γε, οἵνας ἡ θεοῦ μητή, ἢ τὸ ποικιλον τῆς ποικιλοτοῦ τοῦ χάροντος τὸν εὐαίσθηστον; Ita cum summa diversitate constet mundus, totque diversas continent rationales naturas, que alia causa dicenda est, cur subsistat, quam varios decidendi modos, eorum qui ab unitate similiiter non defluant? Alter ita se habet: ἀρχὴ μὲν πρωτηγενέων τοῦ χάροντος οὐ τὸ συμάτων φύσιν ἔχει, εἰς διαλημμάτων ὑφίσταται διάτην συμπλόμενη γνώριμα φεύγει τὰ λογικά, διέρχεται συμάτων. Necesse est non praextitisse corporum naturam, sed per intervalla subsistere propter aliquos causas qui contingunt naturis ratione præditis, & que corporibus indigent.

III. Itaque hoc etiam nomine non Justiniiani solum, sed & aliorum convicia sensit Origenes. Quis Propheta, inquit Theophilus Pafsch, 1. sentire docuit (Origenem) propter ruinam & lapsus de cœlis animarum, Deum esse compulsum corpora fabricare? Quis juxta beatum Lucam, eorum qui viderunt, & ministri fuerunt sermonis Dei, huic tradidit ad docendum, negligientia & motu, & fluxu de altioribus rationabilium creaturarum provocatum Deum mundi hujus condere diversitatem? Et postmodum: Dicit enim propter peccata intelligibilium creaturarum mundum esse crepisse. Hieronymus in Epist. ad Eph. 1, 4. non expreso Origenis nomine, sententiam ipsius exponit: Alius dicit, inquit, ante visibiles creaturas cœlum, terram, maria, & omnia que intra ea sunt, fuisse alias in visibiles creaturas, in quibus & animas, que ob quasdam causas soli Deo notas dejectae sint deorsum in vallem istam lacrymarum. .... Itaque prius quam anime, inquietantur & precipitarentur in mundum, & mundus ex animabus fieret, cum habitatricibus suis in infimum ipse dejectus, clegit Paulum Deum. Quæ quamvis ex alterius opinione recitata sint, his tamen confensile Hieronymum contendit Rufinus Inveft. 1. sed calumniam à se removet Hieronymus libr. I. Apolog. in Rufin. cap. 6. Augustinus vero libr. II. de Civit. Dei, cap. 23. Origenem nominatum adoratur: Animas dicunt, non quidem partes Dei, sed factas à Deo peccato à Cunctore receundo; & diversis progressibus pro diversitate peccatorum à cœlis usque ad terras, diversa corpora quasi vincula meruisse. Et hunc esse mundum, eamque causam mundi fuisse faciendo, non ut conderentur bona, sed ut mala cohíberentur. Hinc Origenes jure culpatur, in libro enim quos appellat *de agro*, id est, de principiis, hoc sensit, hoc scriptis. Atque haec valide postmodum oppugnat. Oppugnat etiam cum aliis, cum maxime libro contra Priscillianistas, & Origenistas, cap. 8. cum scripsit ad eum Orosius in Commonitorio, id esse Origenisti quibusdam perfidum, Mundum novissime ideo esse factum, ut in eo anima purgantur, quæ ante peccaverunt, Isidorus libr. 8. Origin. cap. 5. Origeniani, inquit, animas in mundi principio dicunt peccasse, & pro diversitate peccatorum de cœlis usque ad terras lapsas, diversa corpora quasi vincula meruisse, eaque causa mundum factum fuisse. Quæ fere *ad agrum* repetit Honorius Augustodunensis in libro de hereticis. Denique S. Thomas adveritus eandem opinionem libr. 2. contr. Gentil. cap. 44. acerrime decertat.

Quoniam autem ita cum antecedentibus conjuncta est, ut quæ ad tuendam Origenis causam supra attulimus, hic quoque valere posint, quid attinet plura conqueriri; cum præfertim Hieronymus, postquam c. i. Epist. 59. ad Avitum, quæ cuncte in 1. libr. *de agro* damnoſa sunt, collegit, inter quæ frequens occurrit isthæc quam tractamus opinio, talia illum denuntiare dicat: Heo juxta nostram sententiam non sint dogmata, sed quæsta tantum, atque projecta, ne penitus intractata videbentur?

IV. Iam sane quomodo diversos motus rationabilium creaturarum, variasque sententias causam de diffe diversitatibus mundo huic sermo superioris disputationis ostendit, vivendum ne forte simul cum initio exitus quoque huic mundo conveniat. Dubium enim non est, quin finis ipsius in diversitate multa adhuc & varietate reperiendus sit, qua utique varias in hujus mundi fine deprehensiones rursum diversitatum alterius mundi post hunc futuri occasions præstabit, quod scilicet hujus mundi finis initium suum futuri. Verba sunt Origenis libr. 2. *de agro*, cap. 1. Superioris qualiter cum isthoc, quod hoc loco nobis excutiendum proposuimus, connexionem declarantis. Possibile enim videtur, inquit libr. 2. *de agro*, cap. 3. ut rationabiles nature, à quibus nunquam anteriori liberi facultas arbitrii, possint iterum aliquibus motibus subiacere. .... Quos motus sine dubio rursum varierat corporum & diversitas persequitur, ex qua mundus semper adornatur, nec unquam poteris mundus nisi varietate ac diversitate confitare, quod offici nullo genere possit extra materiam corporalem. Doctrinæ igitur sive cohærentiam servavit Origenes, & quod ex dogmatibus suis effici putavit, id manifesta allertione decrevit: nam in sequentibus, repudiatis nonnullis, qui mundo huic pares usquequaque mundos ac consimiles in futuris sæculis continentis successione produtros affirmabant, quod libertati arbitrii officeret ejusmodi sententia; alios quidem, sed plane diversos conditum iri statuit; an autem dignitate superiores, an inferiores, vel æquales nescire se faretur. Addit præterea mundum hunc, qui & ipse sæculum dicitur, multorum sæculorum esse finem, ac multorum porro sæculorum initium. Sed velut dubitanter ait tandem post multorum sæculorum creationem & interitum, aliquid sæculis majus in

A in omnium restitutione futurum esse, cum Deus erit omnia in omnibus. Libro deinde Operis ejusdem tertio, cap. 5, postquam mundum cœpisse, & interitum esse ostendit, obiecti adversus hanc assertione solere scribit: *Si cœpit mundus ex tempore, quid ante faciebat Deus, antequam mundus ficeret?* Otijsam enim dicere naturam Dei otiosum est simul & absurdum, vel putare quod bonitas aliquando non fecerit, & omnipotens aliquando non egerit potentatum. Atque id demum præclare solvere se putat haec responsione: *Nos vero consequenter respondemus observantes regulam pietatis, & dicentes quoniam non tunc primum, cum visibilem istum mundum fecit Deus, cœperit operari; sed sicut post corruptionem huius erit aliud mundus, ita & antequam hic esset, sūisse alios credimus.* Duplex his confirmans adhuc Scripturæ testimoniun, alterum ex Isaiæ 65. 17. & 66. 22, ubi celum novum, & terram novam creaturum se prædicit B Deus: alterum ex Eccles. 1. 9, 10, quod est hujusmodi: *Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est; Quid est quod factum est? ipsum quod facendum est.* Nihil sub Sole novum; nec vales quisquam dicere: *Ecce hoc recens est; jam enim processit in seculis que fuerunt ante nos.* Mundos autem istos non plures sūnt esse, sed perpetua serie sibi successuros fore censer. Atque hac ipsa reprehensionis causa id indidem transluit Hieronymus in Epistolam 59, ad Avit, cap. 3. Eadem portio est Origeniani hujus loci ratiocinatio, quæ libri 1. & 2. cap. 2. ubi ait, omnipotentem Deum esse, hoc est παντοπάτος, quatenus aliqua habet in qua potentiam suam exercere possit: & ideo, ut omnipotens offendatur Deus, omnia subsistere necesse esse: quod si quis aliquando non sūsse velit ea quæ deinceps facta sunt, huic fatendum esse necessario omnipotentem tunc non sūsse Deum, omnipotentiam vero deinde accepisse, cum habere cœpisset C quæ potentia sua gubernaret. Quod si factum nunquam est, inquit, quando non omnipotens fuerit, necessario subsistere oportet etiam ea per quæ omnipotens dicitur, & semper habuit in quibus exercuit potentatum, & quæ fuerint ab ipso, vel Rege, vel Principe moderata. Officiale quidem & amico adversus Origenem animo, at non perinde vere, id sibi velle eum adnorat Genebrardus, *Deum Patrem omnipotentem suum offendisse, dum genuit Filium: ac nisi genuisset, non sūsse omnipotentem:* nam de rebus numero pluribus, in qua imperium tenet Deus, non de una aliqua, qualis est Filius agere Origenem manifestum est: sed & res creatas in animo habuisse latit illud evincit quod sequitur: *De quibus plenius in locis propriis, in quibus de creaturis ejus disputandum fuerit, differemus.* Ac superior ille locus Origenis, vel alter certe ipsi confitit, refutatur à Methodio in libro θεοῦ τὸν θυτὸν, cuius excerpta habet Photius Cod. 235.

D εἰ δέ τις, inquit, ἀπαιρεῖται αὐτὸν οὐκεπούμενον, ἢ πειρίτης αὐτὸν ποιεῖται, εἰδὲ παντοπάτορ ὁντος τῆς παγκόσμιας τοῦ δικτύου τοῦ στρατηγοῦ τοῦ πολιτικοῦ τοῦ ποιητοῦ, καὶ τὸ παντοπάτορα διὰ τοῦ προτερέμη λέγεται. Αὐτῷ τοῦτον τὸν τοῦ ποιητοῦ τοῦ προτερέμην, καὶ μὴ τοῦ λόγου, γένεται λόγος. Εἰ δεinde: αὐτὸς καὶ αλλοιος, καὶ μετεβάλλεται τὸ προτερέμην τοῦ προτερέμην τοῦ ποιητοῦ πειρατεῖται. τοῦτο τὸ στέπον μὲν τὸν προτερέμην. Σε ἄρα δυωρεῖται λόγος τοῦ δικτύου τοῦ προτερέμην. Αὐτοχθον καὶ σωματίδιον τοῦ δικτύου τοῦ προτερέμην. Σι non est opifex sine opifice, vel conditor sine re condita, neque omnipotens sine rebus gubernatus; nam opificem necesse est propter opifica, & conditorem propter res conditas, & omnipotentem propter res gubernatas duci: necesse est ab initio hoc à Deo sūisse facta; neque esse tempus, quando hec non fuerint. Et deinde: Sed variari, & mutari immutabilem & invariabilem Deum contingit. Nam si deinde omnia fecit, manifestum est illum à non faciendo ad faciendum transisse. Absurdum autem illud ex antedictis. Dic ergo non potest non esse principi expers, & Deo coeterum hoc universum. Dignum & istud est animadversione quod ait Adamantius Homil. 4. in Isaiam: *Quæ ante mundum fuerint, ignoramus, fuerint porro quædama ante mundum. Quæ post mundum secutura sunt, ad certum non apprehendimus; erunt autem alia post mundum.* Ne quis vero Dei Filium hic intelligat, qui ante secula à Patre genitus est, vel Spiritum sanctum, qui nunquam non ab utroque processit, aquas illas super quas cerebatur Spiritus Dei, & tenebras quæ erant super faciem abyssi, creatas quidem, sed hoc tamen mundo antiquiores intelligere se declarat. Et demum, Ea, inquit, quæ post extremum seculum futura sunt in secula seculorum quis potest exponere? Garrulorum est hominum horum notitiam polliceri.

F Quid autem materiam Deo coeterum impugnans differit in Comment. in Genes. 1. 12. & liber. 2. & 2. cap. 1. sic accipendum est: repudiare cum quidem materiam illum & genitor, ortu & principio carentem, qualem invexerant Philosophi quidam, & Marcionista defendebant, Deo coævam, & alterum rerum principium: at nihil secundus materiam aliam admittere, non ortus quidem & principii expertem, sed ante secula ita à Deo procreatam, ut lumen à Sole proficiat. In eo ergo ab Hæreticis illis dissentiebat, quod duo hi rerum principia poserent, Deum, & materiam, utrumque utrique coeterum, neutrum ab altero pendens; ille Deum unicum rerum universarum statueret principium, qui materiam ex te nunquam non produxerat. Mundos autem ex materia illa deinceps confari fingebat. Ita discrepabat à Marcionistis, quamvis ipsorum argumentis uteretur.

## ORIGENIANORUM

166

Hermogenem enim Hæreticum eodem modo ratiocinatum esse refert Tertullianus libro A peculiari ipsum oppugnans; Deum enim ajebat semper fuisse Dominum, Dominum autem ab omni retro ævo esse non potuisse, nisi semper fuisse aliquid, cuius esset Dominus; proindeque materiæ semper Dominum fuisse; unde efficitur, nunquam non fuisse materiam. Hanc ratiocationem à veteribus Philosophis sumserant Marcionistæ, camque in Proclo obterit Philoponus de æternitate mundi. At quamvis mundum ex materia quidem æterna, à Deo tamen conditum dixerit post Socratem Plato; & in tempore quoque creaturi affirmaverit, ut tradunt Ambrosius, & Zacharias Mitylenæus; atque ita dixisse cum Aristotele & Theophrastus censuerint; Platonici tamen recentiores, ut magistrum suum cum Aristotele conciliarent, factum quidem mundum dixisse Platonem fatebantur, ut ab æterno; adeo ut principio temporis careret, sed principium causæ, Deum niemp̄e haberet; nec B esset hoc videlicet temporis, sed substitutionis initium, ut ait Augustinus libr. 10. de Civit. Dei, cap. 11 qui & hoc comparatione quadam explicari à Platonicis ita scribit: *Sicut enim, inquit, si p̄es ex æternitate semper fuisse in pulvere, semper ei subesse vestigium; quod tamen vestigium à calcante factum nemo dubitarit, nec alterum altero prius esset, quamvis alterum ab altero factum esset: sic, inquit, & mundus, atque in illo Dii creati, & semper fuerunt, semper existente quicquid, & tamen facti sunt.* Atque hanc fuisse Platonis mentem pertendunt Boëtius: Simplicius item, Taurus, Porphyrius, & Proclus: Censorinus, Apulejus, & Macrobius. Vidente hac itaque Origenis temporibus, & vulgo inter Platonicos recepta sententia, in eam quoque ille concepsit.

In alterum porro, de perpetuum mundorum propagatione placitum unde inductus sit, si quis querere velit, nihil occurrit verisimilius quam id ab eo esse confitum ad illud Stoicorum, quod conflagratur mundum hunc statuit, aliumque huic omni ex parte consimilem, vel parum certe discrepantem prodiditum; adeo ut non hujus solum figuram penitus referat, sed eosdem etiam casus, eadem omnia; alteroque hoc etiam combusto, alium oriturum postea, ac deinde alium, renascitibus semper ac conflagratis mundis. Platonici vero, & Pythagorei, ab Ægyptis instruti, mundum quidem incorruptibilem autumabant, sed sideribus post longos anfractus ad eandem stationem reversis, rursum eventura eadem, eosdemque nascituros homines, & in pristinam formam reditura omnia, quam simili vidente astrorum positione tenerunt. Quamvis autem ejusmodi delirations libro 5. contra Cels. exploferit Adamantius, pro eo ac debuit; nihilominus tamen ex his receditis suum illud D procudisse dogma censurum; accende præfertim gemino, quem recitavimus supra Salomonis, & Isaiae loco, ad quem falsa interpretatione detortum interpolatas illas Philosophorum opiniones concinnavit.

V. Minime illud quidem silentio presulum Patres Origeni condonarunt, nam & refellitur à Methodio apud Photium Cod. 235, & ab Hieronymo Epist. 59. ad Avit. cap. 2. his verbis: *In secundo autem libro (scilicet apud) mundos asserit innumerabiles, non iuxta Epicurum uno tempore plurimos & sui similes, sed post alterius mundi finem alterius esse principium: & ante hunc nostrum mundum, alium fuisse mundum: & post hunc alium esse futurum, & post illum alium, rursumque ceteros post ceteros. Et dubitat utrum futurus sit mundus alteri mundo ita ex omni parte consimilis, ut nullo interscindere videantur; an certe nunquam mundus alteri mundo ex toto indiscretus, & similis sit futurus.* Mox adducit verba Origenis: *Et idcirco arbitror pro varietate caussarum diversos mundos fieri; & ceteri erroris eorum, qui similes futuros mundos esse contendunt.* Tradita fuisse hac eadem ab Origene lib. 1. & 3. apud apud, refert Hieronymus cap. 1. & 3. ejusdem Epistola; quamobrem & hunc in crimen vocat Apolog. libr. 1. cap. 5. & lib. 2. cap. 3. Justinianus quoque in Epistola ad Menam ita scribit: *κατατίθεται δέ τοι σφράγις κόσμος εντηταῖς τοῖς προπορεύοντας, τέτοιος διαμόνος.* Statuit autem & diversos constituisse mundos. & constare, partim præteritos, partim futuros.

Notanda vero accurate que præcedunt: *μηδένος δὲ τὸ πάντα δυνατέστατα ανάπτυξον ἐν τῷ μεταξύ τοῦ λόγου τοῦ πάντα τοῦ φύσεως, τοῦ τοῦ εἰδή τοῦ οὐκανόντος τοῦ τοῦ φύσεως.* Illud vero omni impotestate plenum ipse fabulatur, dicens omnia genera & species esse Deo coeteras. Ipsa factum verba adducit Justinianus ad calcem Epistolæ lib. 1. apud apud. Parem suo tempore propugnatæ doctrinam Origenitæ quosdam significare videtur Orosius in Commonitorio ad Augustinum: *Primum omnia antequam facta apparerent, semper in Dei sapientia facta mansisse dientes hoc verbo: Deus enim quæcumque fecit, faciendo non capit.* Quæ multis refutat Augustinus in libro contra Præcillianistas & Origenistas, cap. 8. Pulsat eadem de causa Origenem Nicephorus, non genera & species, sed *άλλους* Deo coetera statuisse ipsum prædicans; perperam scilicet, ut videtur, accepta Origenis sententia, aperte tamen exposta libr. 1. apud apud, apud Justinianum in fine Epistola ad Menam: *Genera, inquit, omnia & species semper erant; non ita de singularibus differentibus numero dixerit quispiam.* Hanc in sententiam Origenem magistri sui

A sui Platonis Ideæ perpulerunt. Itaque genera & species Deo esse coæterna eatus dixerit, quatenus Deus ab omnibus ævo ea in mente habuit.

VI. Veruntamen quantumvis hæc diserte videatur affirmasse Origenes, id tamen præmisit in Proemio librorum *Æd. agnōv.* Est prætere illud Ecclesiastica prædicatione definitum, quod mundus ipse factus est, & a certo tempore caperit, & pro ipsius corruptione solvendus. Quid tamen ante hunc mundum fuerit, aut quid post mundum erit, jam non pro manifesto multis innotuit: non enim evidenter de his in Ecclesiastica prædicatione sermoprefertur. Quarum rerum obscuritatem *Orig. Hem.*  
*4. in I. saiam*

significari ait per alias illas quatuor Seraphinorum duorum, quæ Dei faciem ac pedes vela-

bant. Unde existimari potest, quæcunque super hoc argumento conscripsit, velut meras con-

jecturas propofuisse, non tanquam dogmata asseverare.

B. Prætermittere vero minime decet illud Hieronymi è libr. I, in Epist. ad Tit, non longe ab initio: Sex milia nec dum nostris orbis implantur anni, & quantas prius aeternitates, quantat tempora, quantas facultatibus origenes sive arbitrandum est, in quibus Angeli, Throni, Dominationes, ceteræque Virtutes servierint Deo, & absque temporum vicibus, absq; mensuris, Deo jubente, subsisterint. Ma-

teriam autem à Deo ante mundum creatam posuerunt Philo, Tatianus, Laetantius, & alii, ex

qua mundum postea fabricaverit.

VII. Multorum disputationibus ita celebrata est ea Origenis opinio, quæ Paradisi confitionem ad allegoricam expositionem detorquet, ut nostrum quoque postulare videatur examen. Arbitratus ille est Paradisum hunc quiterrestris vulgo dicitur, positum in tertio celo fuisse, arbores vero, aliaque quibus velut terrestris quidam notatur locus, ac reliqua denique C omnia allegorice explicavit: nam animas in celo degentes, per Adamum & Eman in Para-

diso creatos signari opinatus est; crimina quæ illuc animæ admittunt, per vetitum malum esum;

animarum exilium propter delicta, per expulsionem primorum parentum è Paradiso, ter-

renum corpus & mortale animabus impotum, per scortecas tunicas, quibus Adamum &

Eman Deus induit.

Idipso objicunt Methodius apud Epiphanius Hær. 64. cap. 47. & Photium Cod. 234. Eustathius de Engastrimytho, ipse Epiphanius capit. 4. ejusdem Hærelos, & in Ancorato,

cap. 54, quibus locis ostendunt opinionem suam firmasse Origenem hoc Pauli testimonio 2.

Cor. 12, 23, 4. ubi raptum se fuisse ait in tertium celum, & in Paradisum; ex coequo collegisse

idem esse Paradisum ac tertium celum; quod negant Methodius & Epiphanius, Paradisum

D a tertio celo distinguendum esse afferentes. *Quis audiat, inquit alibi Epiphanius, in tertio celo Epiphan.*

*donantem nobis Origenem Paradisum, & illum quem Scriptura commemorat, de terra ad celestia in Epiph. ad*

*transferentem, & omnes arbores, quæ scribuntur in Genesi, sic allegorice intelligentem, quod scilicet*

*arbores Angelicæ fortitudines sunt, cum hoc veritas non recipiat? & postea. Sed dicit: Legimus quod*

*S. Paulus raptus sit usque ad tertium celum, & usque in Paradisum. Bene dicit: Quando ponit tertium*

*celum, & postea addit; Et in Paradisum ostendit alibi esse celum, & alibi Paradisum. Atque id Joh-*

*hamni Hierosolymitano objectum, minime ab ipso purgatum fuisse ait Hieronymus Epist. 61.*

*ad Pammach. cap. 3. qui & in cap. 10. Danielis: Eorum, inquit, deliramenta confundunt, qui*

*umbras & imagines in veritate querentes, ipsam conantur revertere veritatem; ut flamina & arbo-*

*res & Paradisum putent allegoria legibus se debere subruere. Sophronius quoque in Epistola ad*

*Sergium, & Anastasius Sinaita lib. 7. Anagog. Contemplat. & Johannes Damascenus in libro*

*de hæretib. & Cedrenus, Paradisi plantationem ad Origenistis sublatam, corpus Adamo &*

*Eva detractum, & serpentis colloquium refutatum criminantur. Sed audiamus ipsum Ori-*

*genem: Curam quo, inquit, sensum habenti convenienter videbatur dictum, quod dies prima, & de principi.*

*secunda, & tertia, in quibus & vespere nominatur & mane suerint sine Sole, & sine Luni, & sine Stel.*

*la: prima autem dies sine celo? Quis vero ita idiota invenitur, ut putet velut hominem quandam*

*agricolam Deum plantasse arbores in Paradiso, in Eden contra Orientem, & arborerum vita plantasse in*

*eo, id est lignum visibile, & palabile, ita ut corporalibus dentibus manducans quis ex ea arbore vitam*

*percipiat? & rufus ex alia manducans arbore boni & mali scientiam capiat? Sed & illud quod Deus*

*post meridiem decubulare dicitur in Paradiso, & Adam latere sub arbore, equidem nullum arbitror*

*dubitare, quod figurati tropo hac à Scriptura proferantur, quo per hæc quadam mystica indicentur. Vi-*

*F de item Homil. I. in Genes. & lib. 4. contr. Celf.*

In eam sententiam traxit Origenem Philo ad allegoriam hæc ipsa itidem flexens in fine

libri de opificio sex dierum, & in I. libr. allegor. Legis. traxit & Papias, & Irenæus, &

Pantænus, & Clemens Alexandrinus, quos Paradisi descriptionem ad mysticam exppositio-

nem deflexisse narrat Anastasius Sinaita libr. 7. Anagog. Contemplat. corumque deinde

exemplo Gregorium utrumque. Origenem vero secutus est Ambrosius, & Paradisum ter-

restrem in celo tertio collocavit, codem innixus Pauli loco, ex quo opinioni sua robur

additum Origenes existimavit. Hæc ille quidem in libro de Paradiso, cap. 3. quamvis alibi in I. Cor. 6.

Paradisum terrestrem ab eo distinguit, in quem sublatus fuit Paulus. At in Epistola ad Sa-

binum

B VI

2

binum omnia hæc ad allegoriam convertit. Hieronymus autem ante mundi hujus fabricam A conditum Paradísum affirmat in Traditionibus Ebraicis in Genes. Quod si conditum hunc ante mundum opinatus est, utique extra mundum fuisse censuit. Moses bar Cepha libr. de Paradiso, medium ipsum terras inter & firmamentum locat; in eumque dimissam putat Sevérian. pii latronis animam, quod & de aliorum sanctorum animabus affirmant Sevérianus, & Eugenius. Quin etiam errorē Origenis paulo ante suam ætatem à Francisco Georgio renovatum scribit Sixtus Senensis lib. 5. Biblioth. Annot. 34. totamque ejus loci quæstionem proximis Annotationibus exhaerit.

*Cod. 230.* *Alibi tamen Origenes Paradisum Eden, seu terrestrem eundem esse scribat ac Paradisum illum, in quem piorum animæ post obitum dimittuntur; quem cum in terris collocaverit, ut supra dixi, illum quoque in terris esse necesse est. Qui autem, inquit Homil. 1. in Cantic. B dignus fuerit redire & esse cum Christo, quique in parvo fidelis inventus constituetur super multa, ille gaudabit & capiet voluntatem Domini, perductus ad locum querendam qui pro bujusmodi ciborum copiis & varietatibus, deliciarum nominarius locus. Propter quod & in Eden positus dicitur, quod de-licias indicat.*

VIII. Ut Paradisi plantatione mysticum quid notari finxit sibi Adamantius, ita scortearum tunicarum, quibus Adamum post noxam Deus induit, textura corpus ipsum terrenum & mortale significari soñavit, quo Adam anima illigata est, cum antea immortalis esset & *Irenaeus lib. 1. cap. 1.* incorporalis; alioqui ridiculum fore Deum asserere, si tantum coriarium & futorem, ani-*Tertius adv.* mantes glubisse, & detracatas pelles consuissent. Hunc refellunt errorem Irenaeus, & Ter-*Valens c.* tullianus: jam enim ante Origenis ætatem inoleverat. Refellit quoque & in Cassiano quo-*34. Ep. libr.* dam damnat Clemens Alexandrinus, ut monuit me Paulus Pellissonus, in quo plusne inge-*De resurr.* carn. c. 7. nii amonitatem an præstantiam doctrine laudem nescio. Refellunt & Justinus, seu quis-*Clem. Alex.* quis auctor est Quæstiōnē ad Orthodoxos, & auctor Dialogorum qui Casatio Gregorii Strom. l. 3. Nazianzeni fratri tribuuntur, & Gregorius Nyssenus, & Chrysostomus, & Anastasius Si-*Inflam. qu.* naita, & Rupertus. Eundem exprobrant Origeni Methodius, Epiphanius, Hieronymus, *Caf. Dial. 3.* Sophronius, Stephanus Gobarus Tritheita, Johannes Damascenus, Glycas, Cedrenus, & *Interv. 149.* Nicetas.

*Orat. cat.* In variis profecto sensus tractus est iste Scripturæ locus: Methodius vestes scortreas, non *cap. 8.* quidem mortale corpus esse dixit, sed corporis antea immortalis, deinde vero mortalis effe-*Chrysost.* di dissolutionem significare. Gregorius Nazianzenus corporis nuditate exprimi vult im-*Hom. 18. in* mortale prius & nullis obnoxium morbis Adami corpus; vestibus vero, mortalitatem, gravi-*3. Gen.* tam, ac infirmitatem, que corpus illud invaserunt. Nonnulli vero, quos refellit Theodore-*Anaph. Sis.* Contempl. anagog. in *Hesacum.* tus quest. 39. in Genesin, scortreas tunicas esse dixerunt arborum cortices, que sunt velut ar-*Lbr. 11.* borum pelles & indumenta.

*Rupert. lib.* His suffragatoribus errorem suum excusaret Origenes, si ejus esset manifestus. At quan-*3. cap. 27.* ta fuerit ipsius in hac quæstione fluctuatio ex sequenti loco patet, quem Catenæ uno con-*in 3. Gen.* sensu Origeni tribuantur. Is ergo in Gen. 3. 21. postquam ineptum esse dixit: Deum fingeret *Method. ad.* detracatas animalium pelles conuentem, subdit: πάλιν τε φυρότε τὸ ἔτος ἀποτον, λέγε τοῦ *Hes. 64. Ep.* θεού της γῆς ἡ τοῦ μακάρου πιθανὴ μὲν. καὶ εἰς αὐλαῖς τοῦ οὐρανοῦ διδυνων, εἰ *apud Phot.* πλὴν σαρκῶν, ὃν ἀπέδει, εἰ τῷ θεῷ θεού της γῆς σάρκες εἰσταται, τὰς τε τοῦ φυροῦ ὅποια τέτοια εἰστοῦνται. *Cod. 234.* Epiph. bar. νῦν δὲ τὸν τῷ θεῷ με, τῷ σαρκὶ τῷ σαρκός με. Rursum vero si quis rem adeo abfirē tam fugiens di-*6. Ep. in* xerit scortreas tunicas non alias esse quam corpora, probabile erit id quidem, & ad assensum trahere *Epiph. ad.* valens: non clarum tamen, quale esse debet quod verum est. Nam si tunica scortea carnes & offa-*lub. Hie-* rent, quomodo antea dicit Adam: Hoc nunc os ex offisis meis, & caro de carne mea? Addit pra-*r. 1. 3.* Hier. Epiph. terea nonnullos his circumseptos angustiis extimatis scortreas tunicas esse moriendi neces-*61. ad.* sitatem Adamo & Evæ post peccatum imposuit: quod ipsum difficultate non carere cen-*Pammach. 3.* saret. Clarius in orthodoxam videtur concedere sententiam Homil. 6. in Gen. cum ait: *Sophron. n.* Epiph. ad. Velim conferre illa infelicia indumenta, quibus primus homo, cum peccasset, induitus est, cum his *Serg.* sanctis & fidelibus indumentis. Et quidem illa dicitur Deus fecisse: Fecit enim, inquit, Deus tunicas *Gobar. a.* pelliceas, & induit Adam & mulierem ejus. Illa ergo tunica de pellicibus erant ex animalibus sumi: *F. apud Phot.* Cod. 232. talibus enim oportebat indui peccatorem, pelliceis, inquit, tunica, que essent mortalitatis, quam pro *Joh. Dam.* peccato accepere, & fragilitatis ejus, que ex carnis corruptione veniebat, indicium. Itaque Auctor *de Heres.* Dialogi de orthodoxa fide, qui Origeni vulgo tribuitur, ipsum inducit veram & in Ecclesia *Clyc. part.* 1. & 4. *Nicer. Thef.* receptam opinionem de tunicis illis scorteis, adversus Marinum Bardeianistam propu-*Annal.* gnantem.

IX. Inter criminaciones quas adversus Origenem collegit Epiphanius Hær. 64. cap. 4. & in Epistola ad Johannem Hierosolym. una hæc est: *Inter multa etiam illud ausus est dice-* 31. *Epiph. re.* *perdidisse imaginem Dei Adam:* quod & Hieronymus repetit in Epistol. 61. ad Pammach. *Epiph. ad.* *Cap. 3.* Quasi Adamum voluerit in peccati, non gravi duntaxat corpore, sic tan-*lub. Hieros.* *Cap. 4.* quam

A quam compedibus fuisse constitutum, sed imagine etiam Dei, ad quam conditus fuerat, excidisse. At paulo infra dictum doceat Epiphanius non idem super hac questione sensisse Origenistas omnes: *Quidam enim eorum, inquit, dicunt quod imago Dei quam prius accepit Adam, illo peccante perierit: alii sufficiantur corpus, quod Filius Dei habitus est ex Maria; ipsam esse imaginem; alii sensum; alii virtutem; si in Baptisma; hi quod homo ad imaginem Dei dominetur omnibus.* Nicetas vero in Thesauro orthodoxæ fidei, libr. 4. Hær. 31. dixisse ait Origenem Adamum, antequam peccaret, effigiem humanam corporis involucris immunem, & sola humana forma prædictam conservasse; admissio autem peccato formam illam amississe, cum corpus hoc anima subiit. Tum deinde de Origene haec differit: *Aliud enim Deum, aliud id quod ad imaginem efformatum est; aliud item similitudinem, aliud id quod ad similitudinem effectum est, scilicet statuebat.*

B Atque primas quidem imagines & similitudines Dei Angelos, aliaque Virtutes esse dicebat: nos autem secundos ab illis, ut minores illis, qui ad illos unum scilicet imaginem efformatis sumus. Deinde ad deteriora deflexionis imaginem in visibiliis Dei Unigeniti Filium vocat, Apostolica voce corrupta, nec eo adeo, quod in illo mutationi obnoxium non est; nosque ad imaginem Dei, seu Filii Unigeniti factos esse scribit, quod impietate non caret.

Certe si sat constaret dixisse Origenem per peccatum imaginem Dei Adamum amississe, Augustinum tamen sibi suffragantem haberet, qui libr. 6. de Genes. ad liter. cap. 27. ita loquitur: *Hanc imaginem in spiritu mentis impressam perdidit Adam per peccatum, quam receperimus per gratiam justitiae.* Id nihilominus emolliat libr. 2. Retractat. cap. 24. non erasam ex homine hanc imaginem dicens, sed ita deformatam, ut fuerit reformanda. At si doctrina Origenis, non ex adversariorum conquestionibus, sed ex ejus spectaculo verbis, prout à Rufino, levi proposito interprete, conversa sunt, sine cautele hic ipsum vapulare fatebimur. Nam animo hominis, non corpori imaginem Dei impressam esse doceat, cum a Deo conditus est: Dei vero similitudinem tunc adipisci, cum animum virtutibus exornat. *Hunc sane hominem,* inquit Homil. 1. in Genes. quem dicit ad imaginem Dei factum, non intelligimus corporalem. Non enim corporis segmentum Dei imaginem continet, neque actus etiam corporalis homo dicitur, sed plasmatus, scilicet in consequentibus scriptum est: *aut enim: Plasmavit Deus hominem, id est fixit de terra limo.* Is autem qui ad imaginem Dei factus est, interior homo noster, est invisibilis & incorporalis, & incorruptus atque immortalis. In his enim talibus Dei image rectius intelligitur. Si qui vero hunc corporeum putent esse, qui ad imaginem & similitudinem Dei factus est, Deum ipsam corporeum, & humanam formam videntur inducere, quod sentire de Deo manifestissime impium est. Mox imaginem Dei, ad quam formatus est homo, ipsum esse assertio. *Chilum,* quatenus figura est substantia Dei, non quatenus corpore à Maria lunctu indutus. Ad hujus ergo, inquit, imaginem similitudinem bono factus est, & propterea Salvator noster, qui est imago Dei, misericordia mortis pro homine, qui ad eum similitudinem factus fuerat, videns cum deposita sua imagine maligni imaginem induxit, ipse moris misericordia, imagine hominis assumta, venit ad eum. Ostendit deinceps peccando similes nos effici Diabolo; recte agendo Christo; Sed nemo, inquit, desperet videntis similitudinem suam magis esse cum Diabolo, quam cum Deo, posse seiteram recuperare formam imaginis Dei, quia non venit Salvator vocare iustos, sed peccatores in peccatum. Manifestus etiam illud è libr. 3. *Ἐπίστολα,* cap. 6. Igitur summum bonum ad quod natura rationabilis terminatur, quia summum bonum sit, prout possibile est, similem fieri Deo. Sed hoc non tam ipsorum inventum, quam ex divinis libris ab eis sumptum puto. Hoc namque indicat Moses ante omnes, cum primam conditionem homini enarrat dicens: *Et dixit Deus: Factum est hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Tunc deinde addit: *Et fecit Deus hominem, ad Dei imaginem fecit eum, masculum & feminam fecit eos, & benedixit eis.* Hoc ergo quod dixit, ad imaginem Dei fecit eum, & de similitudine siluit, non aliud indicat, nisi quod imaginis dignitatem in prima conditione perceperit; similitudinis vero perfectio in consummatione servata est: scilicet ut ipse sibi eam proprie industrie studiis ex Dei invitatione consiceret, cum possibiliter ait sibi perfectionis divinitus data per imaginis dignitatem, in fine demum per operum expunctionem perfectam sibi ipse similitudinem consummaret: & illud è libr. 4. in Epist. ad Rom. *In initio homo cum propostum fuisse, ut ad imaginem & similitudinem Dei fieret, ad imaginem quidem factus est, similitudo autem dilata est, ob hoc ut prius consideret in Deo, & ita fieret similes ei, & ipse audiret, quia similes et fieri omnis qui confidit in eo.* Hanc imaginem & similitudinis distinctionem videtur perfrinxisse Methodius, cum scripsit in libro de resurrectione, datum fuisse homini à Deo, τὸ θεοῦ δέ, τὴν θεού λόγον, τὴν πάτερνην εὐχὴν ἀπεκρινών τὸν προτεττόν τὸ πατρόν, μονογένεα εὐόνα. Imaginem ac similitudinem Dei præferre, & omnia ad perfectam hanc Patris ac Unigeniti primigenitam effigiem. Reprehendit id quoque Jan. Tom. 1. lib. 2. c. 7.

## ORIGENIANORUM

170

dignitate derogasse, in qua Adamus, cum in faciem ipsius spiravit Deus, Spiritum sanctum A accepit. Verum postremus ille Origenis locus ex proxime praecedenti explicandus est: unde apparebit vitam ipsum mortalem cum futura comparasse vita, & existimasse nos in illam prodeentes, ab ortu præferre imaginem Dei, hoc est, ut ait ipse, *possibilitatem perfectionis divinitus datum*, tum cum crearetur Adamus; adumbratam vero per recte facta similitudinem, in sequenti avo, sive in *consummatione*, omnibus numeris iri absolutum. Quod si imaginem Deinilii aliud esse voluit Origenes, quam *possibilitatem perfectionis divinitus datum*, ut præ se fert Rufiniana interpretatio, ecce quippe ipsum neutiquam confuisse ea Adamum excidisse, quippe quem plena nunquam non libertate fruiturum esse sexcenties aleverarit. Eandem porro imaginis & similitudinis distinctionem retinuerunt Victorinus lib. i. adversus Arium, & Eucherius Lugdunensis lib. i. in Genesim, & Nicetas in Thesauro orthodoxæ fidei, B lib. 4. Hæc. 31.

X. Ex superioribus lux conciliatur obscurio ac difficulti Origenis loco Tom. 14. in Matth. pag. 336, ubi ab hominibus qui humo formati sunt, eos distinguit, qui ad Dei similitudinem fueru procreati: ὅτις εργον γάρ ποτε έκεινον, inquit, ἐπλαστε κύριον δέ τὸν αὐθόνον, χρυσὸν λαβὼν ἀπὸ γῆς, καὶ ἀπὸ πλευρᾶς αὐτοῦ τὸν Κανδόν. Factos quippe ad imaginem Dei homines, interiores homines & spirituales intelligit, sensuum ac corporalium terum contagione immunes. Unde statim adjicit: ἐότε ποτε γάρ γυνὴ κατείδην, καὶ ἀπὸ αὐτῆς ἀπὸ τοῦ μηδὲ φρεσοντος, ἀπέστη ἡ θεού τοπος. Qui carni autem deditilunt, & fluxis ac sordidis rebus delectantur, eos esse statuit virum & uxorem, duos nempe in una carne. Similiter Philo hominem ex humo factum ab eo sejungit & secernit, qui ad imaginem Dei creatus est; sed rem aliter explicat; hunc quippe hominem esse mortalem ac terrenum, ad hujus formam expressum. Inique ergo confundetur in Origenem, si ex eo loco Præadamitas invexiles homines argueretur, cum alias sæpe Adamum ab initio retinu à Deo creatum asserat, ac primum hominem apparet. Iniqueus etiam consuleretur in ipsum, si ex hoc altero, quem exhibet Methodius apud Photium Cod. 235. erroris ejusdem insimularetur: ἔτι δὲ διὸν ἀδάμ, οὐς φασὶ τινες, φρέσον ἐπὸν δὲ αὐθόνοντο, τοτε φρέσος πλαστεῖς εἰς κόσμον παρῆλθεν ἐπειδὴ μηδὲν τὸν ἀδάμ φρέσον πρέστο δημιουργοῖς. Negue ergo ab Adamo, ut aijunt quidam, homo qui antea non erat, tunc primum formatus in mundum vent: neque rursum mundus ante sex dies quam fieret Adam, condī cōp̄tus est. Non hic quidem Præadamitas, ut dictum est, sed pejus quid fingit; nempe ante hunc mundum mundos D alios extitisse. Ait quippe Methodius ibi ipsum de Universi aeternitate differere.

## QUESTIO DECIMA TERTIA.

## DE ALLEGORICA SCRIPTURÆ INTERPRETATIONE.

I. Allegoriis nimis indulsiſſe Origenem Patres clamant. II. Varia offeruntur loca, in quibus literam visus est pessundediſſe. III. A quibus morem hunc interpre- tande Scripturæ acceperit, exquiritur. IV. Idem aliquando suam literæ dignitatem E seruat. V. Resculuntur Eustathii Antiocheni ad-versus Origenis allegorias querelæ.

I. Q UANDO QUIDEM Theologæ fundamentum est Scriptura sacra, & ex periversis fere sanctorum Librorum interpretationibus hærcies profectæ sunt, plurimum Republicæ Christianæ interest, salvos eorum sartosque servare sensus, & nimis in ea explicanda ingenio suo permittentium hominum quorundam licentiam coercere. Propositum id unice fuit virtutis Ecclesiæ Patribus, ut ex perpetuis illorum adversus Scripturæ corruptores velitationibus intelligimus; adeo ut Origenes, quod in divinis Voluminibus edifferendis pessundato nonnunquam, vel neglecto historico sensu, allegoriæ F cis expositionibus rei veritatem oblimiasceret, multorum insimulationes vivus vidensque experitus sit, ut ipse queritur Homil. 13. in Genes. Si ergo incipiam & ego, inquit, Veterum dicta discutere, & sensum in eis querere spiritalem, si conatus fuero velamen Legis amovere, & ostendere allegorica quæ scripta sunt, fôdrio quidem pateo; sed statim mihi movebunt calumnias amici literæ, & infidibuntur mihi, inimicities continuo, & persecutions parabunt, veritatem negantes stare posse nisi super terram. Et quoniam perlate patet iste error, multorumque errorum velutis- ges est, idcirco è novem criminationibus à Pamphilo in Apologia collectis, quarta & sexta co-pertinere reperiuntur. Theophilus quoque Paschal. 1. Que enim illum ratio, inquit, quis disputationum ordo perduxit, ut allegoriae umbris & cassis imaginibus Scripturarum tolleret verita- tem?